



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Henrici || Svsonis Viri Sanctita-||te, Ervditione Et  
Mi-||racvlis Clari, Opera**

**Seuse, Heinrich**

**Coloniae, 1615**

Quemadmodum homini isti totius Ecclesiae vitia ostensa fuerint. Capvt III.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38029**

perlegerunt, iidemque plane debiles, ac viro  
penè omnes amiffisse videntur? D. Id eis ob ma-  
gnam affcendendi laborem atque animi con-  
tentionem vsuuenit. Postquam verò huius ru-  
pis verticem consecuti sunt, ob appràhenfam  
originem suam tâto replentur gaudio, vt mox  
viribus præ lætitiâ cõualefcant: quamuis pau-  
ci sint, vsque adeo tamen fœcundi redduntur,  
vt tanta ex eis piscium oriatur multitudo, quibus  
omnes huius montis vndæ repleantur. Et  
quotquot pisces ad hunc reuertuntur mœrem,  
colorem mutant & vbi in suam rediere origi-  
nem nomen aliud accipiunt.

*Quemadmodum homini isti totius Ecclesiæ vi-  
tia ostensa fuerint.*

### CAPVT III.

**H**OMO: Nõsse velim Deus benignissimè  
atque suauissimè, quidnam mira hæc si-  
gnificent. D. Nihil sanè aliud, nisi vt quæ  
periculose ac miserè hodiè viuunt homines, &  
quantis in periculis Ecclesia verferur, agnos-  
cas. Vehementissimè territus Homo, ait ad Do-  
minum: Toto corde & animo Deus clementis-  
sime te oro & obsecro, vt mortis genus longè  
acerbissimum ac ignotissimum, quale nemo  
vnquam perpessus sit, mihi accidere permit-  
tas, tantum vt miseræ Ecclesiæ tuæ miseriaris.  
D. Absit absit. Vides tamen quàm parum pro-  
fit, Deum ipsum mortem obiisse, quid igitur  
tua mors conferre queat?

H. Confido planè, morte tua etiamnum plu-  
ra

res seruari. D. Longe pauciores sanè, quam hoc periculoso seculo Christiani persuasum habeant.

H. Equidem spero Domine, modò Ecclesia sua agnosceret vitia & errata, neuiquam ea admitturam esse. D. Nihil hoc eos excusat. Quisquis enim id ætatis attigit, vt rationis compos sit, is cuncta Christianæ religionis instituta & decreta nôsse & seruare obligatus est. H. Reuerà Domine, vt presens sese tempus habet, tremendum est valde quod ais. D. Quin ipse iam videas oportet, quibus periculis Ecclesia obuoluta est, vtque hac tempestate viuant Christiani omnes contra leges, constitutiones & decreta omnia, diuini timoris prorsus immemores & expertes. H. Si id abs te impetrare licet, obsecro Domine, ne mihi hæc videre contingat. Nam alioqui tot & tanta iam noui, vt quoties horum mihi subit cogitatio, vt vires omnes amittam.

D. Videas ea necesse est: neque stolidos modo & fatuos conspicias, sed etiam eos, qui virtutis aliquam speciem præ se ferunt, & sunt bona præditi voluntate, vt ij irretiti sint, & quibus adhuc distineantur ne vltra procedant. H. Fiat Domine in omnibus ita vt vis.

*Ut animæ insciantur peccato originali, & de querimonia & comminatione Dei aduersus Ecclesiam in omni statu corruptam.*

## CAPVT IV.

Age iam adspice oculis internis, vbinam sis. Sub his verbis perspexit homo iste procul

Adque homo  
rationis cō-  
pos cognof-  
cenda & ser-  
uanda obli-  
getur.